



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

X. Excommunicati qui Folcardum presbyterum euirarant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

ANNO  
CHRISTI  
888.

filicæ a chorepiscopis consecratæ ab episcopis consecrentur roboratum est : quia iuxta decreta Damasi papæ , Innocentii , & Leonis , vacuum est atque inane quidquid in summi sacerdotii episcopi egerunt ministerio : & quod ipsi iidem sint qui & presbyteri , sufficienter inuenitur.

Damasus  
epist. 4.  
Leo epist.  
92.

IX.

Duæ sanctimonialis propter suum facinus de monasterio sancti Petri sine velamine erant eiectæ : sed iuxta sacros Canones sancta constituit Synodus , vt velamina illis redderentur , & intra monasterium in ergastulo ponerentur , paruo pane , & aqua breui , cum abundantia diuini verbi , vsque ad satisfactionem fruerentur. Quidam etiam diaconus , qui de sacrilegio confessus & conuictus fuit , pro misericordia in carcere poni iussus est , interdicto ministerio , & vt pro eo omnes generaliter orarent iniunctum est.

X.

Quædam femina , nomine Aua , cum sui fratris consilio & auxilio , qui vocatur Folcrius , & cum aliis consanguineis suis , suum maritum dimisit , & ad eum redire noluit. Vnde illorum sacerdos seruus Dei , vocabulo Folcardus , ad suam dominam & ad eius fratrem veniens , vt eos a tanto scelere traheret , confestim ab eodem & suis complicibus castratus est. Pro his omnibus ad Synodum vocati venire noluerunt : & idcirco ad satisfactionem excommunicati sunt.

XI.

Viri pestilentes vastabant miserabiliter istam  
*Concil. Tom. 24.*

Ffff ij